

SPECVLVM
PRIVILEGIORVM

REGVLARIVM

IN PELLIBUS COMMVNIBUS

VBI

RECENSITIS, PRISCIS,

ET NOVIORIBVS CONSTITVTIONIBVS;

ET REVOCATIONIBVS ROMANORVM

PONTIFICVM

AVGUSTIS NEBVLLIS, RESPLENDENT, QVÆ AD

PERFECTIORVM PRAXIM DESIDERARI POSSVNT. *Candula*

AD ILLVSTRISSIMVM

D. D. IOSEPHVM GONSALIVM

IN S. CRVCIATÆ CONSILIO GENERALI
PRÆSTANTISSIMVM PRÆSVLEM,

OPVS, PRÆSERTIM REGVLARIBVS, VALDE

R. P. Fr. RETRI AB ANGELIS; CARMELITARVM
Discalceatorum, Congregationis Hispaniæ,
Diffinitoris Generalis,

CVM PRIVILEGIO MATRIS,



EX TYPOGRAPHIA DIDACTICÆ D. D. A. CARRERAS
ANNO M.DC.LXV.

PERILLVSTRI DOMINO,
AC PRVDENTISSIMO MAGISTRATVI
D. IOSEPHO GONSALIO.

IN PHILIPPI IV. CATHOLICI
HISPANIARVM REGIS SENATV
Supremo Camerae Castellæ, & Fidei à Consilijs,
Erarij Regis, & Novi Mundi olim, & nunc
S. Cruciatæ Oculatissimo
Præfuli,

STEMMATE NOSTRÆ HISPANIÆ PATRONI
NOBILITARO;

AC OPPIDO BOALDILLÆ DOMINANTI.



D tuæ magnificentiæ Aras Nostrum
Privilegiorum Speculum festinat,
(Clarissime Dinasta) Nefas reputa-
vi illinc illud extrahere. Hoc no-
strum quaecumque opusculum, &
si paruum mole tuo magnificentissimo præsidio
tegi curat, tua enim propensione bonis litteris
semper fabes. Nullus congruentior privilegio-
rum Patronus, quam tu (Illustrissime Mecænas)
Dignitate Generalis Commissarij Cruciatæ Deco-
ratus, facultate Apostolica ad tuum Nutum Pri-
vilegia publicantur, vel conveluntur. Ad ius
tuum confugio haud in casum pectus tuam



SPECVLVM
PRIVILEGIORVM
REGVLARIVM
IN COMMVNI.

DISPVATIO PRIMA:

De quidditate, seu natura privilegiorum.

DE privilegijs Ecclesiasticis latè olim, præcipuè, disserabant Canonistæ: Sed iam ævo nostro, tam Theologi, quam Summistæ non renuunt eos æmulari: quorum aliqui solum de eis agunt in communi; caliginem ex variatione, & instabilitate, particulariû ortam fugientes. Alij verò in obsequium confessioniû ad particularia descendunt. Omnes laudo, & veneror; sed primis adhæreo, propter eorum rationem, & quia radicatus agnitis ipsorum fundamentis: Cuilibet etiam medioeriter docto plana erit via, vt in casibus occurrentibus, sine offensione, ad particularia descendat.

SECTIO I.

Quid, & quotuplex sit privilegium; quæ eius proprietates?

Privilegium nihil aliud est, quàm lex privata, aliquod speciale beneficiû concedens. Dicitur privata, nō quia multos sæpè non afficiat; cum hoc sit de ratione legis, sed quia non omnes vniversaliter, sed privatim genus personarum tangit. Dicitur lex, non strictè & absolu-